



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

3. Quis modus procedendi factâ iudici exhibitione libelli? quae ratio  
citandi, & puniendi reum in contumaciam lapsum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

ligo. Vide ultra. *L.libell. ff. de accus: & Can: fin: §. libellorum. 1.q. 8. & de his fusè Greg: Tholof: lib. 3.tit. 9. cap: 4. quamquam ho-*  
*diè pœnam talionis passim à foro per con-*  
*suetudinem recessisse afferat Felin. in cap.*  
*super his not. ult. h. t.*

3. Videamus nunc, quā Ratione præsentatis libellis accusatoriis ultrà procedatur. Et quidem coram Præside impri-  
 mis debet comperare accusator dicens. Domine ego volo accusare N. Domine  
 citetis ipsum. Certè secundum jura, licet  
 forte de consuetudine in pluribus locis a-  
 liud servetur, sic Præses procedet. *Tu vis*  
 (dicet accusatori) *quod ego citem talem*  
*quem vis accusare: modo obligaste, quod tu ac-*  
*cusabis & præstabis omnia, quæ ratio accusatio-*  
*nis exigit: citabo eum: Itaque citabitur ac-*  
*cusatus, si vult se obligare accusator, ali-*  
*ter non: nullus enim est citandus ve ex-*  
*hibendus, nisi quem Judex præceperit L.*  
*Nullus. C. de exhib. reis L' neminem C. qui accu-*  
*sare non possunt. Nisi in quibusdam casibus,*  
*in quibus possunt sine mandato Judicis*  
*exhiberi etiam inviti, quales censentur*  
*desertores militie, latrones publici, rapto-*

res virginum, falsi monetarii, cum enim istos liceat jure occidere (si alia via defensionis non suppetat) multò magis licebit invitatos adducere, ut habet L. i. & 3. C. quando liceat unicuiq; sine iudice se vindic: & L. unica C. de rapt: Virg: Imò fortè idem in fure erit, ut liceat ipsum invitum representare, licet non occidere nisi in casibus fortè ut ff de furtis L. interdum. §. qui furem. Porrò non videatur mirum in accusatione criminali, quod sic obliget le accusator, nam & simile quid habetur in civilibus secundùm jura, esto de consuetudine causarum non ubiq; servetur: nam in civilibus non priùs citabitur reus, nisi actor caveat se contestaturum litem infra duos menses, & quod omne damnum illi resarciet huius occasione passuro si non fuerit se litem contestatus, ut habetur Autent. libellum. C. de litis contest.

4. Sequitur de citatione aliquid dicamus. Certè sicut in civilibus regulariter citandus est reus edictis tribus aut uno peremptorio pro omnibus juxta dicta sup. cap: 3. tit. 2. de cit. n. 2 & L. ad peremptorium. ff. de jud: Autent. qui semel. ff. de re judic: ita

&amp; in